Les aventures d'Ulysse. — Ulysses decem annos post excisam Trojam erravit. Vix ingressus navem, primum in Thraciam tempestate, deinde in Africam ad Lotophagos delatus est : sic dicti erant a fructus genere tam suavis ut advenis patriæ oblivionem afferret. Ulysses nonnullos socios ejus suavitate captos amisit. Alia tempestas eum in Siciliam compulit, ubi Polyphemus, Cyclopum teterrimus, sex Ulyssis socios devoravit. Inde ad Eolum propere fugit qui ventos adversos utribus inclusos in ejus navem congessit, ne nocerent. At ejus socii, quid in illis lateret sciendi cupidissimi, eos resolverunt et, ventis statim elapsis, nova est exorta tempestas. Ulysses a Læstrygonibus, humana carne vesci solitis, pæne oppressus, deinde a Circe exceptus est. Quæ socios Ulyssis in varias ferarum formas convertit. At ipse artes elusit magicas eamque, stricto gladio aggressus, coegit ut socios in pristinam formam restitueret.

46. Version.

Alexandre et son médecin Philippe. — Alexandre, parvenu à Tarse, fut séduit par la beauté du Cydnus. Couvert de poussière et de sueur, il se jeta dans l'eau glacée. Soudain une crampe si violente s'empara de ses membres qu'il perdit même l'usage de la parole. Non seulement on n'avait plus l'espoir de le guérir, mais on ne trouvait pas même un moyen de retarder l'issue fatale. Seul, un médecin, nommé Philippe, offrait un remède; mais justement celui-là même venait d'être rendu suspect par une lettre de Parménion, arrivée de Cappadoce la veille. Parménion, sans connaître la maladie du roi, l'avertissait de se défier de son médecin Philippe. Il avait été, assurait-il, corrompu à prix d'or par Darius. Alexandre jugea qu'il valait encore mieux s'en remettre à la fidélité incertaine du médecin que de mourir indubitablement de sa maladie. Il prit donc la coupe et remit la lettre au médecin. Tout en buvant, il tint les yeux fixés sur le visage de Philippe qui lisait. Voyant que celui-ci ne manifestait aucune émotion, il se rasséréna et recouvra la santé au bout de trois jours.

Commentaire. — 1. **Non spes modo (non)... inveniretur**; cette ellipse est usuelle. — 2. **Unus medicorum** (ou **inter medicos**). — 3. Avec le génitif, comme les adjectifs signifiant que l'on possède, que l'on sait (ou les idées contraires). — 4. **Inter legendum**; **inter ambulandum**. — 5. **Ut** avec l'ind. signifie *comme* ou *dès que*, Gr. § 99 *bis*.

Questionnaire. — 1. **Quia fluminis amœnitate captus erat.** — 2. **Rigor statim ejus nervos occupavit.** — 3. **Unus ex Alexandri medicis.** — 4. **Quia Parmenio scripserat eum a Dario corruptum esse.** — 5. **Tutius ei visum est medico credere quam morbo perire.** — 6. **Quia medici vultum securum conspexerat.**

47. Thème.

Les aventures d'Ulysse (*suite*). — Ulysses ad Siciliæ litus iterum pervenit. Ibi Solis boves Phaethusa nympha pascebat. Ulysses a Tiresia admonitus, sociis interdixerat

ne quis eos attingere auderet. Sed ipso dormiente, socii, fame coacti, pulcherrimos boves mactaverunt. Itaque, Sole irato, naves cum sociis amisit vixque in fractæ navis tabula enatavit ad Ogygiam insulam, in qua a Calypso nympha benigne exceptus est. Rate facta iterum mari se commisit; sed Neptunus, cum Ulyssem jam patriæ appropinquantem conspexisset, mare tridente percussit. Facto iterum naufragio, Ulysses in Phæacum insulam adnavit. Nausicaa, illius insulæ regis filia, eum ad Alcinoum patrem duxit; qui eum navibus instruxit quibus tandem Ithacam attigit. Ibi se aliquot fidelibus famulis aperuit, quorum opera fortunas uxoremque Penelopen recuperavit.

SYNTAXE

PREMIÈRE PARTIE.

SYNTAXE D'ACCORD.

48. Version.

1. Athènes fut le berceau de toutes les sciences. — 2. Toutes les terres et toutes les mers servent aux besoins de l'homme. — 3. Je retourne vieilli dans ma patrie que j'ai quittée enfant. — 4. C'est un mérite que de commander sans morgue à ses esclaves. — 5. Se tromper, ignorer, être abusé, nous considérons tout cela comme un malheur et une honte. — 6. Alcibiade fut brûlé vivant dans la chambre où il dormait. — 7. Tu fus regretté, Orphée, par les oiseaux affligés et par la foule des animaux sauvages. — 8. Les Germains, dans leurs chants traditionnels, célèbrent le Dieu Tuiston et son fils Mannus, pères et fondateurs de leur race. — 9. Iphicrate avait l'âme altière, la taille élevée et l'air majestueux. — 10. Les Romains luttèrent pour la domination en Italie avec deux grands capitaines, Pyrrhus et Hannibal. — 11. Les uns, trop lents, les autres, trop pressés, gênaient toute la manœuvre.

49. Thème.

1. Senex quidam in forum se projecit. Obsita erat squalore vestis; promissa barba et capilli efferaverant speciem oris. (Liv.) — 2. Lacedæmonii regibus suis assessorem

augurem dederunt. (Cic.) — 3. Cæsar constituerat prior hostem non lacessere. (Cés.) — 4. Dulce et decorum est pro patria mori. (Hor.) — 5. Cives civibus parcere æquum est. (Cic.) — 6. Contraria sunt beneficium et injuria. (Sén.) — 7. Aquitania pertinet a Garumna flumine ad Pyrenæos montes. (Cés.) — 8. Apud Herodotum, patrem historiæ, innumerabiles sunt fabulæ. (Cic.) — 9. Epaminondas habebat collegas duos, quorum alter erat Pelopidas. (Nép.) — 10. Beneficiorum maxima sunt ea quæ a parentibus accepimus. (Sén.)

50. Version.

1. Épaminondas regardait comme désastreuse toute victoire remportée sur des concitoyens. — 2. Comme j'ai l'air méchant, on m'attache durant le jour. — 3. Nos ancêtres appelaient ennemis ceux que nous appelons maintenant étrangers. — 4. Il est ridicule d'aspirer à ce qu'on ne peut obtenir. — 5. Il existe une race d'hommes, nommés Ilotes, qui, en très grand nombre, cultivent les terres des Lacédémoniens. — 6. Le roi et sa flotte partirent en même temps. — 7. Ce qu'on cherche d'ordinaire dans un candidat, c'est la vertu, l'honnêteté, le désintéressement et non la faconde, l'adresse ou la science. — 8. P. Scipion l'Africain avait détruit deux villes qui étaient l'effroi de notre empire, Carthage et Numance. — 9. Catilina aimait la guerre civile, le meurtre, le pillage, les discordes intestines. — 10. Chez les Germains, c'est une honte de survivre à son chef après le combat. — 11. Étant préteur, tu as été vu dans ton gouvernement vêtu d'une tunique et d'un manteau de pourpre.

51. Thème.

1. Duo juvenes, cum m[illegible]re epulati, somno se dederunt et mane inventi sunt mortui. (Cic.) — 2. Omnia flumina atque omnes rivos Cæsar aut averterat aut magnis operibus obstruxerat. (Cés.) — 3. Miserrimum est timere. (Sén.)

— 4. Nox atque præda castrorum hostes remorata sunt. (SALL.) — 5. In Creta insula non vulpes, ursive, atque omnino nullum maleficum animal. (PLINE A.) — 6. Æmilii Scauri consulis pater carbonarium negotium exercuit. (AUL. GELL.) — 7. Flumen Liger influit in Oceanum. (CÉS.) — 8. Oppidum Zama, in campis situm, magis opere quam natura munitum erat. (SALL.) — 9. Si tu exercitusque valetis, bene est. (CIC.) — 10. Junius Bubulcus, ædem Salutis, quam consul voverat, dictator dedicavit. (LIV.)

52. VERSION.

1. Il n'est jamais avantageux de commettre une faute, car c'est toujours une honte. — 2. Les vraies amitiés sont éternelles. — 3. M. Caton eut le gouvernement de la Sardaigne. — 4. Caton eut Valerius Flaccus comme collègue dans le consulat et la censure. — 5. Il est beau de rendre service à l'État. — 6. Après la chute d'Astyage, les cités qui avaient été tributaires des Mèdes, abandonnèrent Cyrus. — 7. Persée, roi de Macédoine, mourut à Albe. — 8. Jugurtha avait perdu la ville de Capsa, plusieurs autres forteresses et beaucoup d'argent. — 9. Homère et Hésiode vécurent avant la fondation de Rome. — 10. Que la religion et la loyauté passent avant l'amitié. — 11. Athènes sera victorieuse. — 12. Il y a au dessous une caverne, où, dit-on, un dragon garde les Mânes de Scipion. — 13. Le travail et le plaisir, si différents de nature, n'en ont pas moins entre eux une certaine affinité naturelle.

53. THÈME.

1. Hic leo in retia incidit, e quibus sese multo fremitu expedire non potuit. — 2. Quemcumque mortalium arcere tecto nefas habetur. (TAC.) — 3. Corioli oppidum captum est. (LIV.) — 4. Themistocles prætor a populo factus est. (NÉP.) — 5. Eodem die uterque eorum ex castris exercitum educit (*ou* educunt). (CÉS.) — 6. Jampridem pater mihi et mater mortui sunt. (TÉR.) — 7. Latini Ænean Jo-

vem Indigetem appellant. (LIV.) — 8. Cerere nati sunt Liber et Libera. (CIC.) — 9. Appius Claudius pugnam commisit, magnaque clades a Romanis accepta est, quorum octo millia cæsa sunt, viginti millia capta. (LHOM.) — 10. Servi atque arma sunt traditi. (CÉS.) — 11. Homerus solus vocari poeta meruit. (VELL. PATER.) — 12. Mercurium artium inventorem ferunt. (CÉS.)

54. VERSION.

L'âge d'or. — On ne redoutait alors aucun châtiment; on ne lisait pas sur des tables d'airain le texte rigoureux des lois. On ne voyait pas la foule des accusés suppliants interroger avec terreur le visage d'un juge. La sécurité régnait sans qu'on eût besoin de défenseurs. Les villes n'étaient pas encore entourées de fossés profonds; il n'y avait ni casques, ni épées. Sans être protégés par des armées, les peuples tranquilles jouissaient d'agréables loisirs. La terre, à qui l'on ne demandait rien, que le hoyau ne touchait pas, que le soc ne blessait point, produisait tout d'elle-même. Les hommes, se contentant de ces productions spontanées, recueillaient les fruits de l'arbousier, les fraises sauvages, les mûres attachées aux buissons épineux, et les glands tombés de l'arbre majestueux de Jupiter. Le printemps durait toujours ; les doux Zéphyrs, de leurs tièdes haleines, caressaient les fleurs qui naissaient sans culture. On voyait couler des fleuves de lait ou de nectar et le miel blond tombait goutte à goutte de la verte yeuse. (OVIDE.)

COMMENTAIRE. — 1. Oui, cf. Gr. § 107. — 2. C'est le pluriel **homines** contenu implicitement dans le collectif **turba**. — 3. **Et quæ deciderant patula Jovis arbore glandes.** — 4. **Contenti** se rapporte non pas à **gentes**, féminin, mais à l'idée de **homines**, contenue dans ce mot.

QUESTIONNAIRE. — 1. **Pœna metusque judicis et legum.** — 2. **Mollia peragebant otia.** — 3. **Mora.** — 4. **Sine semine.** — 5. **De viridi ilice.**

55. Thème.

Une chasse à l'homme. — Nemora rupesque inviæ Mardorum montes sæpiunt. Præterea barbari, ea quæ plana sunt, novo munimenti genere impedierant. Arbores densas de industria conserunt, quarum teneros adhuc ramos manu flectunt, quos rursus inserunt terræ : inde, velut ex alia radice, lætiores virent trunci. Hos adolescere non sinunt, sed alium alii conserunt. Difficillimum erat cædendo aperire saltum : crebri namque nodi duraverant stipites et inter se implicati arborum rami, suspensis circulis similes, lento vimine frustrabantur ictus. Incolæ autem, ritu ferarum, virgulta subire soliti, occultis telis hostem lacessebant. Alexander venantium modo latibula scrutatus plerosque confodit. (*D'après* Q. Curce.)

DEUXIÈME PARTIE.

SYNTAXE DE COMPLÉMENT.

Complément du nom.

56. VERSION.

1. La terre appartient aux hommes, comme le ciel à Dieu. — 2. Les biens des particuliers forment la richesse de la cité. — 3. Il suffit de citer un fait comme exemple de la cruauté de Lysandre. — 4. C'est le rôle de l'orateur de parler de façon à persuader. — 5. Le sage doit se soumettre à la nécessité. — 6. La faiblesse est le propre des enfants, la fougue est le propre des jeunes gens, la gravité est le propre d'un âge déjà mûr. — 7. O homme d'une finesse étonnante. — 8. Son père était d'un âge avancé. — 9. César avait des légions de vieux vétérans d'un courage extraordinaire. — 10. Codrus, quittant ses habits royaux, s'habilla en berger. — 11. Iphicrate d'Athènes eut pour fils Menesthée. — 12. Lysandre essaya de corrompre l'oracle de Delphes. — 13. Les résolutions des Gaulois sont soudaines et imprévues.

57. THÈME.

1. Sicilia patria Cyclopum fuit. (JUST.) — 2. Hannibal tres modios anulorum Carthaginem misit. (LIV.) — 3. Officium adulescentis est majores natu vereri. (CIC.) — 4. Fortis animi et constantis est non perturbari in rebus asperis. (CIC.) — 5. Magni animi est injurias despicere. (SÉN.) — 6. Epaminondas habuit philosophiæ præceptorem Lysim Tarentinum. (NÉP.) — 7. Boni pastoris est tondere pecus, non deglubere. (SUÉT.) — 8. Fuit apud

Segestanos ex ære Dianæ simulacrum, singulari artificio perfectum. (Cic.) — 9. Erat inter Labienum atque hostem difficili transitu flumen ripisque præruptis. (Cés.) — 10. Flumen Arar est incredibili lenitate. (Cés.) — 11. Cupere omnia scire curiosorum est. (Cic.)

58. Version.

1. Les autres occupations ne sont ni de tous les temps, ni de tous les âges, ni de tous les lieux; tandis que ces études forment la jeunesse, charment la vieillesse, embellissent le bonheur, fournissent un refuge et une consolation dans le malheur. — 2. Darius réunit une flotte de cinq cents navires. — 3. C'est le devoir d'un bon juge de chercher à deviner la cupidité ou le désintéressement des gens d'après les plus minces détails. — 4. C'est le propre de l'homme d'être sensible à la douleur, de lui résister pourtant et de chercher des consolations. — 5. Hamilcar emmena avec lui en Espagne son fils Hannibal, âgé de neuf ans. — 6. Les zéphyrs adoucissent la température de l'hiver. — 7. La crainte des ennemis maintient la cité dans la pratique de la vertu. — 8. Nos ancêtres ont loué les plaisanteries de Plaute. — 9. Tout homme peut se tromper : aucun, si ce n'est l'insensé, ne persévère dans l'erreur. — 10. Tout ce qui appartenait à la femme devient la propriété du mari.

59. Thème.

1. Pietas est fundamentum omnium virtutum. (Cic.) — 2. Avaritia est fons fraudium, maleficiorum, scelerumque omnium. (Cic.) — 3. Oratoris est ornate et copiose eloqui. (Cic.) — 4. Non minus est imperatoris consilio superare quam gladio. (Cés.) — 5. Tyriorum civitas coronam auream magni ponderis Alexandro misit. (Just.) — 6. Alexander expugnavit Persepolim, caput Persici regni. (Just.) — 7. Archimedes variæ magnitudinis tormenta in muris Syracusarum disposuerat. (Liv.) — 8. Ibes sunt aves excelsæ, cruribus rigidis, corneo proceroque rostro.

— 9. Milo Crotoniensis illustris athleta fuit. (AUL. GELL.) — 10. Themistocles persuasit populo ut classis centum navium ædificaretur. (NÉP.)

60. VERSION.

Sacrilèges de Denys le tyran. — Denys, tyran de Syracuse, fut d'une audace extrême dans l'impiété. Après avoir pillé un temple de Proserpine à Locres, il faisait voile vers Syracuse ; or, comme les vents lui étaient très favorables : « Voyez-vous, dit-il, o mes amis, l'excellente traversée que les dieux accordent aux impies? » Il demeura toujours dans les mêmes dispositions. Ayant débarqué dans le Peloponèse il pénétra dans le temple de Jupiter Olympien, et enleva au dieu un manteau d'or d'un grand poids, offert autrefois par le tyran Gélon avec les ressources provenant du butin fait sur les Carthaginois. Il ajouta même en plaisantant qu'un manteau d'or était lourd en été et froid en hiver. Il lui fit jeter sur les épaules un manteau de laine prétendant que ce vêtement était plus convenable en toute saison. Il fit en outre dépouiller Esculape à Épidaure d'une barbe d'or, sous prétexte qu'il était inconvenant que le fils portât la barbe, alors que le père était représenté sans barbe dans tous les temples. De plus, il fit enlever de tous les sanctuaires les tables d'argent et les fit vendre à l'encan.

COMMENTAIRE. — 1. **Dionysius fuit audacissimæ impietatis, amiculum gravi pondere**. — 2. Oui, car la réponse attendue est affirmative. — 3. **Amiculum aureum** ou **ex auro**; **mensa argentea** ou **ex argento**. — 4. **Aptus**, propre à, convenable pour, se construit avec le datif et de préférence avec **ad** et l'accusatif, gr. § 122. — 5. Non, mais comme signifiant à Épidaure, gr. § 194.

QUESTIONNAIRE. — 1. **Locris**. — 2. **In Peloponneso**. — 3. **Epidauri**. — 4. **Amiculum aureum**. **Barbam auream**. — 5. **Apollinis**.

61. THÈME.

Vocation de saint Paul Ermite. — Paulus, quindecim annos natus, orphanus relictus est. Cum persecutionis

procella exorta esset, hic præclara jam eruditione puer primum in villam remotiorem secessit; deinde ad montium deserta confugit. Paulatim progressus, tandem reperit saxeum montem, ad cujus radicem erat grandis spelunca, quæ lapide claudebatur. Quo remoto, animadvertit intus grande vestibulum, quod, aperto desuper cælo, patulis diffusa ramis vetus palma contexerat. Ibi fons liquidissimus erumpebat, cujus rivum statim terra resorbebat. Erant præterea per exesum montem haud pauca habitacula, in quibus ferreæ incudes et mallei, quibus pecuniæ olim erant signatæ, visebantur. Hunc locum ferunt furtivæ monetæ officinam fuisse. Ibi Paulus in solitudine duxit ætatem. Cibum et vestimentum ei palma ferebat. (*D'après* SAINT JÉROME).

L'ADJECTIF ET SES COMPLÉMENTS.

62. VERSION.

1. Les richesses ne sont pas un bien. — 2. Le sage ne se laisse ni enivrer par les succès, ni abattre par les revers. — 3. Après avoir refusé longtemps en vain, il accepta malgré lui le gouvernement de la province. — 4. Tantale, mourant de soif, atteignait avec son menton la surface de l'eau. — 5. Les Grecs ont fondé Byzance à l'extrémité de l'Europe. — 6. Démocrite, après avoir perdu la vue, ne pouvait à la vérité distinguer le blanc du noir; mais il distinguait cependant le bien du mal, la justice de l'injustice, l'honnêteté du vice, l'utile du nuisible. — 7. Tu as montré qu'un bon citoyen ne prend part que malgré lui aux débuts d'une guerre civile. — 8. César, puisses-tu retourner bien tard au ciel et demeurer longtemps avec plaisir au milieu du peuple de Romulus! — 9. Que les malhonnêtes gens s'écartent et se séparent des gens de bien. — 10. Depuis longtemps je désire visiter Alexandrie et le reste de l'Égypte. — 11. Le jeune homme, décidé à mourir, se jette au milieu des ennemis.

63. Thème.

1. Quosdam familiares habent scelesti, amicum vero nullum. (Cic.) — 2. Oppidum Alesia erat in colle summo. (Cés.) — 3. Tiberis medios agros secat omnesque fruges devehit ad Urbem. (Pline J.) — 4. Æneas imas Erebi descendit ad umbras. (Virg.) — 5. Fons erat in medio nemore. (Curt.) — 6. In hac insula extrema est fons aquæ dulcis. (Cic.) — 7. Assuesce dicere verum et audire. (Sén.) — 8. Primum hominis officium est suo esse contentum. (Plin.) — 9. Vetus inventa est in montibus ancora summis. (Ovide.) — 10. Nostri olim, urbe reliqua capta a Gallis, arcem tamen retinuerunt. (Cic.) — 11. Mediis in ædibus ingens ara fuit. (Virg.) — 12. Iracundus non semper iratus est. (Cic.)

COMPLÉMENTS DES ADJECTIFS.

64. Version.

1. Pythagore appelle philosophes ceux qui recherchent la sagesse. — 2. P. Considius passait pour très habile dans l'art militaire. — 3. O époque malheureuse et cruelle pour la province de Sicile! O événement désastreux et funeste pour beaucoup d'innocents! En une nuit la flotte du peuple Romain fut brûlée par les pirates. — 4. Le dauphin est un animal qui non seulement aime l'homme, mais qui a même le goût de la musique. — 5. Varus était plus accoutumé à la vie paisible des camps, qu'au service en temps de guerre. — 6. L'agriculture est salutaire à tout le genre humain. — 7. Les livres de Xénophon sont utiles pour bien des choses. — 8. Verrès a mis la province de Sicile à l'abri des dangers de la guerre? — 9. L'esprit est doué d'une activité perpétuelle. — 10. Beaucoup de gens aiment à faire la guerre. — 11. La vertu est difficile

à atteindre. — 12. Atticus était attaché non pas à la fortune, mais à la personne de ses amis.

65. Thème.

1. Clementia non minus victori quam victo utilis est. (Just.) — 2. Clari quidam sapientia viri studiosi musicæ fuerunt. (Cic.) — 3. Populus Romanus beneficii et injuriæ memor erat. (Sall.) — 4. Magis idoneum quam ego sum ad eam causam profecto reperies neminem. (Cic.) — 5. Vitiosa æmulatio rivalitati similis est. (Cic.) — 6. Est hominum naturæ maxime inimica crudelitas. (Cic.) — 7. Carus fuit Africano superiori noster Ennius. (Cic.) — 8. Sensi ego mortem omni ætati esse communem. (Cic.) — 9. Excellentium hominum virtus imitatione digna est. (Cic.) — 10. Datis, fretus numero copiarum suarum, confligere cupiebat. (Nép.) — 11. Canis nonne lupo similis est? (Cic.) — 12. Quid est tam jucundum auditu quam sapientibus sententiis ornata oratio? (Cic.)

66. Version.

1. Il est certain que, dans sa vieillesse, M. Caton eut beaucoup de goût pour les lettres grecques. — 2. Denys l'Ancien, tyran de Sicile, était brave de sa personne, habile dans l'art militaire, nullement cupide, en un mot uniquement avide de dominer seul et toujours : c'est ce qui le rendit cruel. — 3. Vous voyez que cet inconvénient est commun à la vieillesse et à l'adolescence. — 4. Le sol Africain est fertile en moissons, favorable aux troupeaux, impropre à la culture des arbres. — 5. Le faux est voisin du vrai. — 6. Livius Andronicus fut contemporain d'Ennius. — 7. Comme un homme de basse extraction reprochait à C. Lélius d'être indigne de ses ancêtres : « Mais toi, lui dit-il, tu es digne des tiens. » — 8. Je suis forcé de prendre part à la guerre et de m'y associer. — 9. Tout est rempli d'erreurs. — 10. L'homme est fait pour penser et agir. — 11. Dès que j'avais entendu raconter

quelque chose d'intéressant, j'en prenais note. — 12. Tu feras ce qui te semblera le plus opportun.

67. Thème.

1. Nunquam tibi senectutem gravem esse sensi, quæ plerisque senibus odiosa est. (Cic.) — 2. Hoc malum mihi commune est cum omnibus. (Cic.) — 3. Bestiæ rationis et orationis sunt expertes. (Cic.) — 4. Iræ potens non erat Alexander. (Curt.) — 5. Verba reperire innocenti facile est. (Curt.) — 6. Potest, quod inutile reipublicæ est, id cuiquam civi utile esse? (Cic.) — 7. Nihil est morti tam simile quam somnus. (Cic.) — 8. Si aut collegam tui similem haberes, aut tu collegæ tui esses similis, supervacanea esset oratio mea. (Cic.) — 9. Animus per somnum sensibus ac curis vacuus est. (Cic.) — 10. Verres ornamentis fanorum habet plenam domum. (Cic.) — 11. Quanquam hæc mala auditu acerba sunt, tamen audire tolerabilius est quam videre. (Cic.) — 12. Titus equitandi peritissimus erat. (Suét.)

68. Version.

Les îles flottantes. — Souvent, peu curieux des choses qui sont à notre portée, nous courons après les objets éloignés. Il y a dans notre ville bien des curiosités dont nous n'avons jamais entendu parler. Si l'Égypte les avait produites ou quelque autre pays fécond en merveilles, nous les aurions déjà visitées. Fabatius, l'aïeul de ma femme, a voulu absolument me faire voir ses domaines. Durant une promenade, on attira mon attention sur un lac, nommé Vadimon. On m'en racontait des choses extraordinaires. Je m'y rendis volontiers. Il ressemble à une roue couchée horizontalement. En son milieu surnagent des îles pleines de roseaux. Tantôt elles se rapprochent et se confondent avec la terre ferme, tantôt les vents contraires les dispersent. Les animaux en cherchant leur nourriture s'avancent jusque sur ces îles et ne s'aperçoi-

vent de la mobilité du sol que quand ils se voient entourés des eaux du lac. Ils sortent ensuite du côté où le vent les fait aborder. Je t'écris ces détails parce que je pense qu'ils seront nouveaux pour toi comme pour moi et qu'ils te feront autant de plaisir qu'à moi.

COMMENTAIRE. — 1. **Ne... quidem,** pas même. — 2. **Alius,** autre, **ve,** ou bien. — 3. **Ferax,** fécond en ; **incuriosus,** peu soucieux de. — 4. **Similis,** semblable ; **ignotus,** inconnu à ; **gratus,** agréable. — 5. **Secutus** n'a que le sens actif, cf. § 74, 2°.

QUESTIONNAIRE. — 1. **Ut prædia sua inspiceret.** — 2. **Lacus quidam, nomine Vadimonis.** — 3. **Arundine.** — 4. **Quod medio lacu innatabant.** — 5. **Quia continenti similes erant.** — 6. **Postquam circumfusum undique lacum videbant.** — 7. **Quando ad litus insulam ventus tulerat.**

69. THÈME.

Les Argonautes. — Jason, aureum vellus eripiendi cupidus, fortissimos suæ ætatis viros in periculi societatem vocavit. Multi, gloriæ avidi, cum Jasone navem Argo libentes conscenderunt. Tiphys clavum regebat; Lynceus, qui oculorum acie valebat acutissima, scopulos visu difficiles prospiciebat. Orpheus, media nave sedens, cantu labores tædiaque navigationis levabat. Reliqui heroes remos agitabant. At Hercules sociis suis molestus erat. Tanto enim erat corporis pondere ut navem pæne deprimeret. Plurimum quoque annonæ solus consumebat; tum remum suum identidem frangebat. Sed eventu quodam Argonautæ hoc molesto socio sunt liberati. Hercules in continentem Hylan, suum carissimum amicum, miserat, ut aquam sibi frigidam afferret. Lapsus in fontem Hylas cum non rediret, Hercules in terram egressus est ut eum quæreret. Ceteri inceptum iter perrexerunt.

COMPARATIF ET SUPERLATIF.

70. VERSION.

1. Aucun lieu ne doit être plus doux à ton cœur que ta patrie. — 2. Il n'y a rien de plus sage que ton discours. — 3. Il n'y a pas dans l'amitié de fléau plus funeste que la flatterie. — 4. Il n'y a rien de plus sot que de tenir pour certain ce qui ne l'est pas. — 5. Certains remèdes sont pires que les maux. — 6. Varus était issu d'une famille plutôt noble qu'illustre. Il était un peu lent d'esprit comme de corps. — 7. Les larmes sèchent vite surtout quand il s'agit des maux d'autrui. — 8. Cyrus et Agésilas, quoique revêtus du souverain pouvoir, n'adressèrent jamais à personne une parole un peu dure. — 9. Tu parais un peu vain. — 10. Je t'adresse les mêmes supplications que le sénat et le peuple romain. — 11. Le rôle d'un lieutenant est autre que celui d'un commandant en chef. — 12. La ville de Gordium est située entre la grande et la petite Phrygie. — 13. De tous les fleuves qui se jettent dans la Méditerranée le plus grand est le Nil.

71. THÈME.

1. Nihil est amabilius virtute. (CIC.) — 2. Sol major est quam terra. (CIC.) — 3. Quis clarior in Græcia Themistocle fuit? (CIC.) — 4. Nullum vitium tetrius est quam avaritia. (CIC.) — 5. Neminem Lycurgo majorem virum Lacedæmon genuit. (VALL. MAX.) — 6. Pestilentia coorta est minacior quam periculosior. (LIV.) — 7. Calceus angustior urit pedem. (HOR.) — 8. Melior tutiorque est certa pax quam sperata victoria. (LIV.) — 9. Legatos cum tristiores vidisset, Xenocrates triginta minas accepit. (CIC.) — 10. Tibi idem consilii do, quod mihimet ipsi : ut vitemus oculos hominum. (CIC.) — 11. Longe alia est navigatio in concluso mari atque in vastissimo Oceano. (CÉS.) — 12. Pompeii filius major occisus est, minor fugit. (EUTR.)

— 13. Velocissimum omnium animalium est delphinus. (PLINE A.)

72. VERSION.

1. Il n'y a rien, crois-moi, de plus beau que la vertu. — 2. Que les amis soient plus empressés à rendre des services qu'à en exiger en retour. — 3. Les Étoliens demandaient la paix avec plus d'insistance que de sincérité. — 4. La lumière du soleil est bien différente de celle des lampes. — 5. Je soupçonne que tu es troublé par les mêmes inquiétudes que moi. — 6. La nuit même où Alexandre naquit, le temple de Diane à Éphèse fut détruit par les flammes. — 7. Thémistocle, ayant refusé de jouer de la lyre dans un repas, fut considéré comme passablement ignorant. — 8. Tarquin le Superbe, dernier roi des Romains, battit les Volsques. — 9. Le plus pénétrant de tous nos sens est celui de la vue. — 10. Antiochus était le roi le plus puissant de tous à l'époque d'Hannibal. — 11. On sème l'orge avant toutes les autres céréales. — 12. Pygmalion était roi de Tyr, ses crimes en faisaient le plus cruel de tous les tyrans. — 13. Ils ne changent pas et s'en retournent tels qu'ils étaient venus.

73. THÈME.

1. Nihil est bello civili miserius. (CIC.) — 2. Gravioribus morbis periculosæ curationes adhibentur. (CIC.) — 3. Athenienses in Sicilia bellum cupidius quam felicius gesserunt. (JUST.) — 4. Eadem ratione, qua pridie, ab nostris resistitur. (CÉS.) — 5. Themistocles liberius vivebat. (NÉP.) — 6. Nulla res major sine Themistocle gerebatur. (NÉP.) — 7. Posteriores cogitationes sapientiores sunt. (CIC.) — 8. Frater natu major minori legatus in Asiam profectus est. (CIC.) — 9. Alcibiades omnium suæ ætatis fuit formosissimus (NÉP.) — 10. Hispania postrema omnium provinciarum perdomita est. (LIV.) — 11. Auster ventorum calidissimus est. (SÉN.) — 12. Simulatio amoris

pejor odio est. (PLIN. J.) — 13. Ex malis eligere minima oportet. (CIC.)

74. VERSION.

1. Vous avez souvent entendu dire que Syracuse est la plus grande des villes grecques et la plus belle de toutes. — 2. Nestor, au dire d'Homère, laissait tomber de sa bouche des paroles plus douces que le miel. — 3. Rufus Egnatius ressemblait plutôt à un gladiateur qu'à un sénateur. — 4. Denys était aussi détesté que méprisé de tout le monde. — 5. Ils ont le corps plus dur que de la corne. — 6. Les joies de nos amis nous sont aussi agréables que nos propres joies. — 7. J'ai fait, pour sauver nos concitoyens vaincus, autant d'efforts que s'il se fût agi de mon propre salut. — 8. Certains passages de ces livres te paraîtront un peu obscurs. — 9. Xénophon apprit que l'aîné de ses deux fils, nommé Gryllus, était tombé à la bataille de Mantinée. — 10. L'Europe est de beaucoup le plus beau continent. — 11. Cécina se hâtait de refaire sa réputation avec plus d'ardeur que de prudence. — 12. Solon fut le plus sage des sept sages et, seul des sept, il fut législateur.

75. THÈME.

1. Vehementius homini minatus sum. (CIC.) — 2. Illi homines non idem consilium quod tu secuti sunt. (CIC.) — 3. Dissimulatio est cum alia dicuntur ac sentias. (CIC.) — 4. Sæpe fit aliud atque homines arbitrati sunt. (CIC.) — 5. Obscuriora sunt Datamis gesta pleraque. (NÉP.) — 6. Majus est certeque gratius prodesse omnibus quam opes magnas habere. (CIC.) — 7. Apud Helvetios longe nobilissimus et ditissimus fuit Orgetorix (CÉS.) — 8. Ex ære fuit quoddam Cereris simulacrum modica amplitudine ac singulari opere, omnium illorum, quæ sunt in eo fano, multo antiquissimum. (CIC.) — 9. Hic ager erat optimus totius Galliæ. (CÉS.) — 10. Fidelissimum ante omnia animalia homini canis. (PLINE A.) — 11. Sueborum gens est

longe maxima ac bellicosissima Germanorum omnium. (Cés.)

76. Version.

Arion sauvé par un dauphin. — Arion avait rempli du bruit de son nom toutes les villes de Sicile. Pour regagner sa patrie, il s'embarqua, emportant avec lui la fortune que son habileté de musicien lui avait acquise. Peut-être, malheureux, craignais-tu l'onde et les vents? La mer elle-même était pourtant plus sûre pour toi que ton propre navire! Voici qu'en effet le patron du navire l'aborde l'épée à la main : autour de lui se groupent ses complices armés. Mais Arion, impassible, leur dit : « Je ne refuse pas de mourir. Seulement, permettez-moi de prendre ma lyre et de chanter un peu. » Ils le lui permettent tout en raillant cette manière de retarder sa mort. Arion met une couronne et bientôt les cordes de sa lyre, heurtées du pouce, résonnent comme d'habitude. Aussitôt Arion s'élance tout habillé dans la mer. L'eau qui rejaillit, mouille la poupe du navire. Mais, chose incroyable, voici qu'un dauphin au dos recourbé, vint, dit-on, se placer sous lui pour le soutenir. Assis sur le dauphin, Arion tient sa lyre, et comme pour récompenser l'animal, qui le porte, il chante et semble apaiser de sa voix harmonieuse les flots de la mer. (Ovide.)

Commentaire. — 1. L'adjectif **Arionius** équivaut au génitif **Arionis** : extension de la règle § 115. — 2. Accusatif en **-im**, Gr. § 20. — 3. La difficulté est sans importance puisque l'ablatif absolu peut servir à indiquer la circonstance. — 4. **Ridēre** est ici transitif direct; *rire*, en français, est transitif indirect : *rire de qqn* (Gr. § 157). — 5. **Delphina** est un accusatif grec, Gr. § 26, 1°.

Questionnaire. — 1. **Opes arte quæsitas.** — 2. **Ut sibi liceret ante mortem cantare.** — 3. **Ut ornatus in mare desilire posset.** — 4. **Delphis se supposuit Arioni.** — 5. **Quasi quoddam travectionis pretium delphini solvebat.**

77. Thème.

L'entrée des enfers. — Multa de infernis veteres narrant

poetæ, et cognitu quidem jucundiora quam veriora. Locus quidam erat, ut ferebant, in mediis terræ visceribus, ubi dominabatur Nox, dearum omnium antiquissima. Multis undique fluviis cingebatur, quorum primus Acheron, alter Styx dicebatur, quæ novies Plutonis regnum circumfluit. Tertius Cocytus solis lacrimis augebatur. Quartus Phlegethon aquas igne mixtas volvebat. Ex his autem omnibus fluminibus teterrimum Styx habebatur. Hic semper aderat Charon nauta, jam senior, squalore terribili, promissa barba et capillis. Major non erat apud eum divitibus honor quam inopibus; sed eadem reges cymba, qua mendici, vehebantur. Quorum autem cadavera insepulta jacuerant, iis centum annos exspectandum erat. In terram egredientibus occurrebat Cerberus, triplici capite formidandus canis, qui ad inferorum fores excubabat, ut omnibus aditus pateret, nulli vero exitus concederetur.

ELLIPSE DES PRONOMS.

LE RÉFLÉCHI. — LE RELATIF.

78. Version.

1. Il faut que j'attende mon frère. — 2. Marius, déjà accablé de vieillesse, se cacha en se plongeant dans un marécage. — 3. Ils s'étendent sous les branches d'un arbre élevé. — 4. Moi, j'ai chassé les rois, vous, vous installez un tyran. — 5. L'aspect des bêtes fauves est moins affreux que celui d'un homme en proie à la colère. — 6. Les défauts des hommes sont nombreux et graves, mais aucun n'est plus fréquent que l'ingratitude. — 7. Il se jeta du haut d'un mur dans la mer, après avoir lu un livre de Platon. — 8. César fit comparaître devant lui Divitiacus. — 9. Orgétorix persuade à ses concitoyens de sortir de leur territoire. — 10. Tous les arts ont des rap-

ports réciproques et sont comme apparentés les uns aux autres. — 11. Me voici devant vous : je suis celui que vous cherchez. — 12. L'auteur d'un crime est celui auquel ce crime profite. — 13. Cela te semble ridicule parce que tu n'es pas là ; si tu le voyais de tes yeux, tu ne pourrais retenir tes larmes. — 14. Il n'est pas une grande âme, celui qui se laisse abattre par l'injustice.

79. Thème.

1. Beatus ille qui paterna rura bobus exercet suis. (Hor.) — 2. Homo doctus divitias in se habet. (Phèd.) — 3. Helvetii angustos se fines habere arbitrabantur. (Cés.) — 4. Datis et Artaphernes suas copias in campum Marathona deduxerunt. (Nép.) — 5. Castra inter se modico intervallo distabant. (Liv.) — 6. Nemo celerius opprimitur quam qui nihil timet. (Vell. Pat.) — 7. Atticus Ciceroni in omnibus ejus periculis singularem fidem præbuit. (Nép.) — 8. Audite singularem ejus, judices, cupiditatem. (Cic.) — 9. Philosophiæ qui paret omne tempus ætatis sine molestia potest degere. (Cic.) — 10. Qui vivum Dionem tyrannum vocitarant, iidem liberatorem patriæ prædicabant. (Nép.) — 11. Cælum non animum mutant qui trans mare currunt. (Hor.) — 12. Purpureos moritura manu discindit amictus. (Virg.)

80. Version.

1. Socrate, dans un procès où il y allait de sa vie, se défendit de telle manière qu'il semblait être non pas un accusé suppliant, mais un homme chargé de faire la leçon et de commander aux juges. — 2. Nous avons entre les mains l'éloge de Q. Maximus. En le lisant ne méprisons-nous pas tous les philosophes? — 3. Le père de Thémistocle, Néoclès, épousa une Acarnanienne. C'est d'elle que naquit Thémistocle. Comme celui-ci déplaisait à ses parents, ils le déshéritèrent. Cet affront, loin de l'abattre, stimula son énergie. — 4. En dépit des protestations, je dirai ce que je pense. — 5. Il n'y avait que deux routes

que pussent suivre les Helvètes dans leur exode. — 6. Ceux qui, dans la vie civile, dirigent les affaires de l'État, ne sont pas moins utiles que ceux qui font la guerre. — 7. Il faut désespérer du salut de celui dont les oreilles sont tellement fermées à la vérité qu'il ne peut écouter un ami lui parler franchement. — 8. Qui pourrait comparer la vie de Trébonius avec celle de Dolabella?

81. Thème.

1. Rerum earum obscuritas Socratem ad confessionem ignorationis adduxit. (Cic.) — 2. Regulus filium amisit. (Pline J.) — 3. Habeo senectuti magnam gratiam, quæ mihi sermonis aviditatem auxit, potionis et cibi sustulit. (Cic.) — 4. Diogenes se projici jussit inhumatum. (Cic.) — 5. Conjurati furtim inter se adspiciebant. (Cic.) — 6. Plerique acervatim se de vallo præcipitaverunt. (Cés.) — 7. Omnes matres amant suos liberos. (Quint.) — 8. Jugurtha sese in loca saltuosa receperat. (Sall.) — 9. Fama atque fortuna eorum pares sunt. (Sall.) — 10. Da hoc amicis, da hoc patriæ. — 11. Non amicorum negotiis impediebantur cogitationes meæ. (Cic.) — 12. Lacedæmonii Agim regem, quod nunquam antea apud eos acciderat, necaverunt. (Cic.) — 13. Heius est Mamertinus. Hujus domus est nostris hominibus apertissima. (Cic.)

82. Version.

Alexandre tue un lion. — Les habitants de la Sogdiane enferment dans de vastes parcs boisés des troupeaux de bêtes sauvages de grande taille. Ils choisissent pour cela de vastes forêts, qu'agrémentent un grand nombre de sources intarissables. Ils bâtissent une enceinte de murs et des tours pour servir de refuge aux chasseurs. C'était chose certaine qu'on n'avait pas touché à ce parc depuis quatre générations successives. Alexandre y entra avec toute son armée et ordonna qu'on y fît une battue complète. Or un lion d'une taille extraordinaire se disposait à

se jeter sur le roi, lorsque Lysimaque, qui se trouvait là, s'empressa de menacer l'animal de son épieu. Le roi le repoussa et lui ordonna de s'écarter, ajoutant qu'il pouvait tuer un lion aussi bien que Lysimaque. (En effet, ce Lysimaque, autrefois, dans une chasse en Syrie, avait tué un lion de très grande taille, mais il avait couru le plus grand danger et l'animal lui avait arraché l'épaule gauche jusqu'à l'os.) Le roi, non seulement soutint le choc du lion, mais le tua d'un seul coup. Quatre mille animaux furent tués, et Alexandre dîna avec toute son armée dans ce parc.

COMMENTAIRE. — 1. **Quem... ingressus; inter quas...; quo rex repulso.** — 2. **Suus** dans **cum suo exercitu** renvoie au sujet de la proposition même; dans **a se uno, se** renvoie au sujet de la principale dans une subordonnée qui représente la pensée de ce sujet. — 3. **Venabulum** pour **suum venabulum; cum (suo) toto exercitu.** — 4. **Mille feras; duo millia ferarum.**

QUESTIONNAIRE. — 1. **Spatiosas, crebris perennium aquarum fontibus amœnas.** — 2. **Quatuor continuis ætatibus.** — 3. **Agitari undique feras.** — 4. **Quia fera regem invadebat.** — 5. **Ejus lævus humerus usque ad ossa laceratus erat.** — 6. **Quatuor millia.**

83. THÈME.

Saint Antoine à la recherche de saint Paul Ermite. — Antonius loca deserta peragrabat, ferarum tantum vestigia intuens. Quid faceret, quo verteret gradum nesciebat. Cum noctem precans exegisset, adhuc dubia luce, procul intuetur lupam, sitis ardoribus anhelantem, ad radicem montis irrepere. Quam secutus oculis, ad speluncam accedit et intro cœpit adspicere. Sed, tenebris arcentibus visum, suspenso gradu et anhelitu temperato, paulatim progrediens sæpiusque subsistens sonum aure captabat. Tandem procul lumen intuitus, properavit et offenso in lapidem pede strepitum concitavit. Sed Paulus ostium, quod patebat, occludens, sera obfirmavit. Tunc vero Antonius præ foribus suum corpus prostravit precatusque est ut sibi janua aperiretur : « Qui sim, inquit, unde et cur veniam, nosti; nisi videro, non recedam. Quod si non impetro, hic moriar ante pedes

tuos. » Paulus arridens patefecit ostium. (*D'après* SAINT JÉROME.)

LES PRONOMS INDÉFINIS.

84. VERSION.

1. On doit prendre garde de prêter l'oreille aux flatteurs. — 2. Hannibal répliqua, dit-on, qu'il avait vu bien des vieillards radoteurs, mais qu'il n'en avait vu aucun qui radotât plus que Phormion. — 3. On peut plus facilement blâmer le passé que le corriger. — 4. On dit que le fameux Alexandre avait avec lui de nombreux historiographes. — 5. On est allé dans les entrailles de la terre. — 6. On peut louer les institutions de cette cité plus facilement que les imiter. — 7. On jalouse ceux qui possèdent ce qu'on désire posséder [soi-même]. — 8. L'intelligence et le sentiment, si on ne les entretient pas comme une lampe avec de l'huile, s'évanouissent dans la vieillesse. — 9. On raconte que Platon alla en Italie pour connaître les Pythagoriciens. — 10. On prétend que le Lacédémonien Lysandre avait coutume de dire que Lacédémone était le séjour le plus honorable pour un vieillard. Nulle part en effet on n'entoure la vieillesse de plus d'égards.

85. THÈME.

1. Corpus consulis eo die inveniri non potuit. (LIV.) — 2. Utrinque magno clamore concurritur. (SALL.) — 3. Omnes rectæ animi affectiones virtutes appellantur. (CIC.) — 4. Suevi vinum ad se importari non sinunt. (CÉS.) — 5. Pecora verberibus domantur. (SÉN.) — 6. Libenter homines id quod volunt credunt. (CÉS.) — 7. Augustus fuit mitis princeps, si quis illum a principatu æstimet. (SUET.) — 8. Officium sequi debemus, non fructum. (CIC.) — 9. Memoria minuitur, nisi eam exerceas. (CIC.) — 10. Hos

asinos onagros vocant. (PLINE A.) — 11. Darius ad eum locum, quem Amanicas Pylas vocant, pervenit. (CURT.) — 12. Fieri potest ut quis recte sentiat, et id quod sentit, polite eloqui non possit. (CIC.) — 13. Dicitur eo tempore matrem Pausaniæ vixisse. (NÉP.) — 14. Negat Epicurus jucunde posse vivi, nisi cum virtute vivatur. (CIC.)

PRONOMS INDÉFINIS. — COMPLÉMENTS DES PRONOMS.

86. VERSION.

1. Cicéron ne permit à personne, pas même aux valets d'armée, de sortir du retranchement. — 2. Personne n'a jamais pu pratiquer le bien sans une inspiration divine. — 3. Les Gétules n'étaient régis ni par des lois, ni par l'autorité de personne. — 4. Les hommes qui s'attachent au plaisir, doivent renoncer aux honneurs. — 5. Le sénat ordonna par décret au consul de veiller à ce que l'État ne subît aucun dommage. — 6. Quand Verrès apercevait un objet ciselé, il ne pouvait s'empêcher d'y toucher. — 7. Qui voudrait regorger de biens et vivre dans l'abondance, à condition de n'aimer personne et de n'être aimé de personne? — 8. Il ordonne à ses servantes d'aller, l'une d'un côté, l'autre d'un autre. — 9. J'entendais dire qu'il parlait de moi d'une manière avec les uns, d'une autre avec les autres. — 10. La volonté des dieux intervient dans toutes les affaires humaines. — 11. Donne-moi de quoi m'habiller, jusqu'à ce que mon vêtement soit sec.

87. THÈME.

1. Alpes nemo unquam cum exercitu ante Hannibalem transierat. (NÉP.) — 2. Si quid novi cognovero, scies. (CIC.) — 3. Cæsar portas claudi jussit, ne quam noctu oppidani a militibus injuriam acciperent. (CÉS.) — 4. Araneolæ aliæ quasi rete texunt, ut, si quid inhæserit, conficiant;

aliæ autem ex inopinato observant, et si quid incidit, arripiunt idque consumunt. (PLINE A.) — 5. Virtutum in alia alius mavult excellere. (CIC.) — 6. Plerosque milites factaque eorum fortia noverat Cæsar. (CÉS.) — 7. Alexander, Macedonum rex, uni ex militibus suis urbem donavit. (SÉN.) — 8. Mortuo Alexandro, Seleucus, unus ex illius legatis, multa in Oriente bella gessit. (JUST.) — 9. Trebatius noster mane ad me venit : « Num quidnam, inquam, novi? » (CIC.) — 10. Morositas in senibus habet aliquid excusationis. (CIC.)

88. VERSION.

1. Voyez combien ce tyran fut plus cruel pour les Syracusains qu'aucun des précédents. — 2. Tullius Cicéron nous atteste qu'un citoyen romain, Névius Pollion, dépassait d'un pied tous ses compatriotes. — 3. Metellus interdit de vendre dans le camp du pain ou un aliment cuit quelconque. — 4. Les uns vivent d'une manière, les autres d'une autre. — 5. Pour les uns le risque est d'un côté, pour les autres d'un autre. — 6. L'homme seul parmi tant d'espèces d'animaux a la raison en partage. — 7. Il y avait un roi des Indes, nommé Porus, également renommé pour sa vigueur corporelle et pour sa générosité. — 8. Ne sachant rien de certain, je ne veux ni t'inquiéter ni te rassurer. — 9. La première loi de l'histoire, c'est que l'écrivain n'ose rien avancer de faux. — 10. Aucun homme n'est sage à toute heure. — 11. Chacun doit se contenter du temps qui lui est donné pour vivre. — 12. Il n'existe pas un homme aussi sanguinaire.

89. THÈME.

1. Unus ex legatis Corinthiorum dixit Alexandro : « Nulli civitatem unquam dedimus alii quam Herculi. » (SÉN.) — 2. Quid immanitate ista turpius? (SÉN.) — 3. Hi colles pingues terrenique sunt; neque enim facile usquam saxum occurrit. (PLINE J.) — 4. Sine sociis nemo quidquam tale

conatur. (CIC.) — 5. Vespasianus nunquam cæde cujusquam lætatus est. (SUET.) — 6. Quid stultius quam falsa pro veris habere? (CIC.) — 7. Alius alio casu periit. (SALL.) — 8. Errat, si quis putat facilem rem esse donare. (SÉN.) — 9. Ut adulescentem in quo est senile aliquid, sic senem in quo est aliquid adulescentis probo. (CIC.) — 10. Potest exercitatio et temperantia etiam in senectute conservare aliquid pristini roboris. (CIC.) — 11. Nihil nobis præstare fortuna majus potest. (TAC.)

90. VERSION.

